



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Animae Illvstres Ivliae Cliviae Montivm Marchiae  
Ravenspurgi Morsae Annexarvmqve Provinciarvm E  
Monvmentis Calamo R. P. Theodori Rhay. Societatis Iesv  
Redivivae**

**Rhay, Theodor**

**Neobvrgi Ad Danvbium, 1663**

IV.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10835**

mia evocatus est. *Ex Appar. Gelen. Natalibus Domini Molani, & Valentino Leuchtio.*

## IV.

**I**TEM festa LUX CÆLI PALATINI, *Sociorumque eius* numero septem & viginti, qui exquisitissimis tormentis excruciiati, in mare deiectioni, stolis cælestibus mundati, immaculatum agnum sequuntur.

## V.

**E**SSENDIÆ B. THEOPHANIÆ *Abbatissæ, Erenfridi Comitis Palatini, ex MECHTILDE Sorore OTTONIS Tertij Neptis, quæ magna omnino augustissimæ Cæli Reginae Cliens, quæque admirabilium virtutum splendore, ita sacrum cœtum suum personarum ac virtutum numero auxit, ut non immeritò eius loci, & cæli delicia habebatur. Ex Appar. Geleniano.*

## VI.

**P**HILIPPVS *Comes de Hinsperg ex Præposito Cathedrali, Cleri, Populique votis unanimiter electus, 45. Episcopus COLONIENSIS; Princeps qualem multis seculis non vidit Germania, DEI, DEIPARÆ subditorumque cultu insignis*